

# Dissertatio theologica de analysis textus apostolici I. Tim. 3. v. 1. si qui...

Svenonius, Enevald,

*11 Ae Svenonio*



National Library  
of Sweden

14  
20

Supp.  
Abo

I. N. D. N. J. C.

DISSERTATIO THEOLOGICA

De

**ANALYSI TEXTUS  
APOSTOLICI**

I. Tim. 3. v. 1.

**Si quis desiderat Episcopatum,  
bonum opus desiderat:**

**DEI O. M. AUXILIO,**

*In Regiâ Academiâ Aboënsi,*

Suffragante Reverendâ Facult. Theologicâ,  
Publicè examinanda

Pro Stipendiariis,

**PRÆSIDE**

**E NEVALDO SVENONIO,**

Q. G. A. S. S. Theol. Doct. ac Professore primario,  
nec non h. t. Inspectore Stip. &c.


RESPONDENTE

**JOHANNE BODELIO** Wex. Smol. S. R. M. Alumno,

*Ad diem 4. Febr. A. O. R. M. DC. LXXXVIII.*

---

**IMPRESSA ABOËE à JOH. WALLIO, A. T.**



REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO AC DOMINO,  
**DN. ENEVALDO**  
**SVENONIO, Q. G. A.**

S. S. Theologiæ Doctore celeberrimo, Inclytæ Diœcesios  
Londinensis Episcopo longè meritissimo, Regi quæ Acad.  
CAROLINÆ quæ Lond. Scanorum est, PRO-CANCELLARIO  
permagnifico, ut & Consistorii Eccles: PRÆSIDI ac ANTI-  
STITI gravissimo, sic ut in CHRISTO Patri ac Mæcenati ma-  
gno, ita omni obsequiorû & venerationis cultu ætatem  
afficiendo, suspiciendo, devenerando.

*Adm. Reverendo & Præcl. Viro,*

**DN. M. ENEVALDO WIDBECCHIO,**  
Civitatis Wex: Pastori vigilantissimo, Patrono certissimo, summâ  
animi pietate æternum prosequendo.

Ut &

*Pl. Reverendis ac Præcl. Viris,*

**Consist: Eccl: itidem ADSESSORIBUS** gravissimis,  
Regii Gymnasii **LECTORIBUS** solertissimis, Promotoribus  
& Fautoribus humillimâ animi observantiâ submissè venerandis.

Nec non

*Clerissimâ Eruditissimisque Viris,*

**DN. M. PETRO HOLMINGIO,** in Ålgudsboda Pa-  
stori dignissimo, Fautori propensissimo, perpetim colendo.

**DN. LAURENTIO TVETHOVIO,** Ecclesiarum Dei in  
Leshofda Pastori merito: Benefactori optimo multûq; honorando.

**DN. ISAACO MOLLERO,** in Åluder Pastori fide-  
lissimo, Fautori maximo.

**DN. DANIELI DRYDENIO,** Ecclesiastæ militari  
solertissimo, itidem Fautori singulari.

**DN. ENOCHO TVETHOVIO,** Verbi Divini Ministro  
in Årberga impigerrimo, Fautori & amico peramando.

**SALUTEM, FAUSTITATEM ET OFFICIA HUMILLIMA!**





U

lplicem rationem docendi in Ecclesia Dei, in sacris invenimus literis; unam διδασκαλίαν, alteram ελεγχτικὴν, sive veritatis Sp. S. oraculis consentanea assertionem. Et opinionum Hereticarum nec non abusuum schismaticorum refutationem. Nec sane minus laudabili instituto, quam pio veritatis Zelo, in Academicis & Scholis orthodoxis usu receptum est, utramque arte & fideliter urgere, docere, exercere. Imo ingenuè fatendum est, puritatem doctrinae Caelestis, non tantum in hoc celeberrimo Athenaeo Academico summo studio singulari industria propagari hac via inculcariq., verum etiam pro ea σπουδαίως & viriliter dimicari. Idq. altius perpendenti patebit, si aliàs tot antilatos, jamque anee susceptos, Reverendissimi Antistitis ac Episcopi atq. Disputationis hujus praesidis & auctoris, inter omnes sinceros pura religionis propagatores & defensores laudatissimi, interq. Ecclesia Suevicae Doctores commendatissimi, labores quis cognitos notosque habeat, aut habere cupias: Qui non ita pridem, Defensione Lytrodoxia Jesu absolutà, novum denuò opus Theologicum, ordine octavum, est exorsus; inq. eo non tantum genuinum ac summarium sensum Axiomatis Apostolici egregiè declarat, enodat, differentiamq., si qua est, Episcoporum & Presbyterorum τὰ πρῶτα explanat, verum & gesticulatorum Papistarum lymphaticam vertiginem demonstrat. Hujus sacri argumenti elegantia & dignitate adductus, Mecenate & fautores propensissimi, meà qualicunq. minerva hanc defendendam elegi dissertationem. Inficias non eo, hujus materiei sublimitatem ingenii mei viribus innumeris parasangis preponderare: in arduis tamen rebus aliquid conari nemini non est concessum, ubi non propria laudis aucupanda, sed unice divina gloria amplificanda causa, tale vel aliud simile suscipitur officium. Ad vos itaq. Patroni benignissimi, me convertito, imprimisq. à TE, Ampliiff. Dn. Praesul, qui me in Musarum castris militantem à primo illo tempore quo hoc laudabile Athenaeum primum frequentare incepti,

Musis-

Musi, quæ hujce fui consecratus, ineffabili amore ac favore amplexus es) humiliter ac submissè contendens, nè Reverendiss: TUA Dignitas, base studiorum meorum primitias sereno vultu intueri mihiq; suo in posterum solito favere favore dedignetur. Cui, juxta votivam ex candidà sinceritate, pioque affectu congratulationem, animitus comprecor, ut altissimo Deo Ampliss: patrem, in orthodoxa religionis defensionem, totiusq; Cleri Scanici ornamentum, tutamen ac commodum, Ecclesiæ, utilitatem ac gaudium, diu superstitem conservare placeat. Te simul, Archipræposite Graviss: præterire nequeo, qui me semper tanto favore es prosequutus, ut id indagine mentis assequi, ne dum verbis condignis delineare & exprimere haud valeam. A vobis etiam, Evergetæ & Gymnasii Lectores, Consistorii simul Adversores dignissimi, optimis literis probatisq; moribus à tenoris ungviculis sum imbutus, multisq; ac largis beneficiis cumulatus; quapropter communicata à vobis meorum talia studiorum adminicula, non abs re sibi promittunt de me vendicantq; gratitudinem. Vobis proinde hoc specimen Academicum officiosè offero, non ut illo beneficia vestra equiparare satagam, sed in indubitatum testem, grati animi conatum indicantem. Nullum foveo dubium, quin hoc submissà mente dicatum ametis, diligatis, meq; de meliore notà apud vos inscribatis, & in clientem adoptetis vestrum. Summa autem vestra qui retribuam beneficia? ni in gratitudinis tenuè, hoc ingenii mei colossum, benigno vestro placidoq; vultui sistam, submissa cum sollicitatione, pristino vestro candore ac favore me prosequi haud gravemini. Eternum Numen indefinenter totis veneror medullis, ut Tibi Musarum Mæcenati, Vobisque verè patronis, largà suà benedictione semper adsit, longioris que vitæ usuram, in Eccles. ac Reipub: singulare incrementum, patriæq; ornamentum, clementer largiatur! quod unice cupit & exoptat

Reverendissimi DN. PATRIS

Vest:q; propensiss: fautorum  
devotus ac humillimus cultor

JOHANNES BODELIUS.

I. N. JESU!  
AXIOMA APOSTOLICUM

I. Tim. 3. vers. 1.

πιστός ὁ λόγος, εἰ τις ἐπίσκοπος ὀρεγέσθαι, καλὸν ἔργον ἐπιθυμᾷ.

Fidelis sermo :

Si quis Episcopatum desiderat ; bonum opus  
appetit.

§. I.

**P**incipiò quidem ac in antecessum circa hunc aphorismum scire conducit, quis sit literalis ac verus horum verborum sensus summarius, ne quis sinistra opinione præoccupatus, cogitet quemlibet pruritus ac concupiscentiam præsidendi in Ecclesiâ Dei, his verbis commendari; sed quia erant temporibus Pauli quamvis periculosis, qui ultrò operam suam in docendâ ac regundâ Ecclesiâ offerebant, eorum studium non improbat, quin potius indubitâtò verum esse confirmare statuit, Episcopi munus suscipientem, talem adire functionem inter varios tyrannos, qui persecutionibus imprimis grassabantur in Episcopos, in quâ posfit multis & excellentibus bonis operibus Deo & proximo inservire.

§. II.

Analysis autem horum verborum in specie hæc esse potest. His vocibus: *α. πιστός ὁ λόγος*, certus hic sermo, censet *Chrysostromus* claudi superiorem periodum in cap. 2. paritèr *Theophylactus*, Chrysostromi abbreviator sentit, dum  
A in

in hunc locum scribit: FIDELIS SERMO. *Cum in ambiguo haberetur, utrum matres frui filiorum virtute quirent, sic inquit: Fidelis sermo, hoc est, quem ipsi protulimus, haud quam fallò prolatus est, idcirco nil ambigas. Sed verius est, scribit Hugo Grotius in hunc locum, esse præfationem commendandam ei quæ sequitur sententia, quod ante illum etiam observavit Theod. Beza Reformatus, dicendo: πιστός certus. Hæc præfatione solet aliquoties in his duabus Epistolis Paulus sibi audientiam facere, cum multos sic locos inchoet. Annot. in N. T. pag. 448.*

## §. III.

Β. Ἐπισκοπή Episcopatus in communi, est Munus pascendi Dei Ecclesiam Verbo & Sacramentis Act. 20: 28. Unde Episcopus Ecclesiæ pastorem significat aliàs sæpè in N. T. πρεσβύτερος dictus, Tit. 1: 5. &c. illius

I. Ἐτυμολογία notanda seu derivatio vocis, Ἐπισκοπός enim derivatur ἀπὸ τῆς ἐπισκοπεῖν, quod diligenter inspicere significat: σκοπεῖν namq; simplicem speculationem seu inspectionem notat, cujus significationem intendit præpositâ vox Ἰπ. Vox est aliàs vetustissima, nam & Homerus Hectorem vocat Episcopum civitatis seu inspectorem. Inde apud Athenienses Episcopus erat, qui mittebatur ad varias civitates, ut quomodo se res ibidem haberent, inspiceret easque visitaret. *Matthie Flavio Illyrico videtur hæc appellatio venire ab hebræâ metaphorâ, SAPHAN speculari, quasi speculatorem dicas, juxta illud Ezech. 33: 7. Fili hominis speculatorem te posui &c. in Clavi. Script. S. pag. 275. Vox πρῖος senex, aliis dictus ἀπὸ πῦρ ignis & σβέν extingvere, quod in eo calor natus incipiat extingvi, aliis ἀπὸ τοῦ περισσῶς βεβιωκεῖν à diuturna vitâ: πρεσβύτερος est ejusdem comparativus*

BREVITER EXPLICATUM.

rativus, sed hoc loco est nomen officii. Allusio est seu etymologia nimis remota: *Bischoff* quasi *bey den Schafen*.

§. IV.

II. *ὀμωνυμία* seu *Æquivocatio* vocabuli: usurpatur enim vox *ἡγεμονός*, ecclesiasticè, seu in scripturis sacris, idque vulgaritèr pro præfecto castrorum, Num. 31: 14. populi i. Maccab. 1: 53. urbis, Jud. 9: 28. pro inspectore Levitarum, Neh. 11: 1. 2. item pro summo Sacerdote Num: 4: 16. proquè cæteris sacerdotibus 2. Reg. 11: 18. etiam de Levitis 2. Par., 31: 12. in N. Test. usurpatur de presbyteris in Ecclesia Act. 20: 28. Sicq; presbyterorum principi hoc nomen jam tempore apostolorum tributum esse agnoscit ipse *Grotius*, stipatus jure canonico, secus atq; contendit *Card. Robertus Bellarminus* fingens Lib. 2. de Eccl. c. 15. jure divino majorem esse *Episcopum Presbytero*, cum ordinis potestate tum & jurisdictione, cum tamen Canones apostolici, quos vocant, non capiant ætatem apostolicam, nec apostolicæ sunt autoritatis.

§. V.

III. *Ἐναρπία* seu *æquipollentia* vocum monet æquivalere in script. s. voces clericorum quoad dignitatem interiorem, quales sunt *Episcopi*, latine *Superintendentes*, *presbyteri* ac pastores Ecclesiarum, V. D. ministri seu præcones &c. quia gregi attendere singuli debent, seu eundem accuratè inspicere ac senili piq; prudentiâ pascere, ne Ecclesia vel in doctrinâ, vel in cultu vel in moribus aliquid detrimenti capiat. Quocirca vox *πρεσβυτέρ* dignitatis potius atque officii quàm ætatis vox est: non enim Senes tantum, sed & in casu necessitatis, juvenes quoque ad presbyterium

4 AXIOMA APOSTOLICUM I. TIM. 3: 1.  
eligi possunt, exemplo Timothei, qui erat Apostoli  
Pauli discipulus.

§. VI.

Olim crescente Ecclesiæ cœtu, officia ministerii in  
gradus quosdam ministrorum distribui cœperunt;  
principio enim N. T. Apostoli curârunt ministerium  
Verbi & Sacramentorum ac simul contributionem ac  
dispensationem eleemosynarum; postea multiplicato  
numero discipulorum, posteriorem hanc partem com-  
mendârunt diaconis Act. 6. Hi postea qui probati e-  
rant, fuerunt assumpti ad ministerium docendi in Ec-  
clesiâ, ut *Stephanus & Philippus*. Hoc est quod dicit Pau-  
lus I. Tim. 3: 10. *Probentur primum & sic ministrent.* Act.  
13: 1. *In Ecclesiâ Antiochenâ fuerunt Propheta & Doctores,*  
liturgiam ita administrantes, ut illi vel de futuris sint  
vaticinati, vel difficiliora scripturæ loca interpretati;  
Conf. I. Cor. 14: 5. seqq. hi elementa doctrinæ Christianæ  
populo proposuerunt, Hebr. 5: 12. in Ecclesiâ Corinthiaca  
fuere Apostoli ac itidem prophetæ atq; doctores, quo-  
rum quidam loquebantur linguis; quidam interpre-  
tabantur, quidam habebant Psalmos, quidam oratio-  
nes, benedictiones & gratiarum actiones in publicis  
Ecclesiæ conventibus I. Cor. 12. & 14. Ad Ephes. 4. re-  
censentur hi ministerii gradus I. *Apostoli*, qui non e-  
rant ad certam Ecclesiam, nec per homines, sed im-  
mediatè à Christo vocati, habentes mandatum ubiq;  
docendi, ornati testimonio spiritus & miraculorum,  
quòd in doctrinâ, quæ erat cœlestis, non errarent. II.  
*Propheta*, qui vel revelationes habuere de futuris, vel  
qui lingvas & scripturas interpretati sunt coram pro-  
vectioribus: hæc enim tribuuntur prophetis N. T. Act. 14.

### BREVITER EXPLICATUM.

III. *Evangelista*, qui propriè non fuere *Apostoli*, quamvis non destinati ad unam aliquam certam ecclesiam, sed missi ad diversas, ut ibi docerent Evangelium, præcipuè ut prima fundamenta jacerent. Talis Evangelista fuit *Philippus* Act. 21: 8. *Timotheus*, 2. Tim. 4: 5. *Tychicus*, *Sylvanus* &c. de celeberrimis verò. 4. Evangelistis hoc tenendum: quod *Matthæus* numeretur inter apostolos, ut & *Johannes*, *Marcus* erat unus è 70. discipulis Christi, *Lucas* autem vel unus è 70. illis, vel vir apostolicus erat, laudem habens in Evangelio 2. Cor. 8: 18. Tales etiam Evangelistas vixisse post tempora apostolorum testis est *Eusebius* lib. III. c. 37. IV. *Pastores*, qui certis ecclesiarum particularium gregibus erant præfecti, 1. pet. 5: 1. seqq. hi non tantum docebant, sed & Sacramenta administrabant, habentes inspectionem auditorum, sicut officium pastoratus *Ezech.* 35. describitur. V. *Doctores*, quib<sup>9</sup> præcipua ecclesiæ inspectio seu gubernatio non erat comendata, sed tantum doctrinam simpliciter populo proponebant, quales postea fuere καὶ ἡγήται, Rom. 2: 20. *Hebr.* 5: 12. Hos omnes gradus *Apostoli* complectuntur appellatione *Presbyterij* & *Episcopatus*.

#### §. VII.

Hic offert se controversia inter nos & pontificios agitata: *An Episcopi usu scripturarum fuerunt presbyteris superiores?* Aff. *Bellarminus* lib. 1. de memb. Ecclesiæ: habens sibi suffragantes patres Concilij Tridentini, Sess. XXIII. cap. 9. *Decretum de Sacram. Ordinis Can. VII.* ita sonat. *Si quis dixerit Episcopus non esse presbyteris superiores &c. anathema sit.* Paria Canon pronuntiat VIII. *Si quis dixerit Episcopus, qui autoritate Romani pontificis assumuntur, non esse legitimos ac veros Episcopos, sed figmentum hu-*

*manuum, anathema sit.* Conf. Bellarm. de clericis cap. 14. Nos autem hanc quæstionem negamus, atque pro iisdem habemus & tempore Apostolorum unius officii fuisse Episcopos ac Presbyteros, diversa tantum nomina; post verò ex constitutione Ecclesiasticâ adeoq; jure duntaxat humano orthodoxos patres inter *Episcopatum* ac *Presbyterium* distinxisse arbitramur.

## §. VIII.

Quod igitur Episcopi atq; Presbyteri olim iidẽ fuerint, seu eundem fuisse Presbyterum qui & Episcopus, quorum idem fuerat officii seu dignitatis nomen, concluditur haud obscure ex hisce tribus firmamentis i. è *Scripturis*; S. Paulus enim ita alloquitur *Τὸς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας Ἰφασίνης* Act. 20: 17. & 28. Attendite vobis & universo gregi, ἐν ᾧ ὑμεῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐθελο ἡπισκόπους. ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τῷ θεῷ. Hic expressè vocantur episcopi, qui paulò ante appellabantur presbyteri. Et quos idem apostolus vocat presbyteros Tit. 1: 5. mox v. 7. titulo Episcopi exornat. Quinimò, nolens volens fatebitur *Robertus Bellarminus* I. Tim. 4: 14. per *inpositionem manuum Presbyterũ*, intelligendam esse factam per chorum Episcoporum, vel ad minimum, *Episcopis* inclusis. Sic *Petrus* I. Pet. 5: quos vocat *πρεσβυτέρους* v. 1. dicit fore *ἡπισκόπους* v. 2. seipsum quoq; *συνπρεσβύτερον*, hoc est, coëpiscopum nuncupat v. i. patet quoq; idem ex eo, quod in unâ & eadem ecclesiâ philippensium multi fuerint *Episcopi*, per quos intelligi non poterunt alii quàm pastores & presbyteri: in unâ verò Civitate non nisi unus fuisset Episcopus, si quoad officium distingveretur à presbyteris. Quinimò, *Lucas Apostolatum* Judæ Ischariothæ appellat *Episcopatum*

Act. I. 20. Καὶ τὴν Ἐπισκοπὴν αὐτῆ ἀββὸς ἴτε. *Episcopatum ejus accipiat alius.* Ex Pl. 109: 8: PEKYDDATHO IJC. KAK ACHER, id est Episcopatum, præfecturam, functionem, curationem ejus accipiat alter. Radix enim PACAD significat visitavit, inspexit. Unde constat tempore Apostolorum & antea non fuisse usurpatam hanc vocem in illâ structurâ, quam finxerant pontificii, nec presbyterium & Episcopatum fuisse gradus distinctos, sed unum idemq; officium denotâsse, ita ut omnis Presbyter fuerit Episcopus ac vice versâ. Ad instantiam Bellarmini: concedere se, omnibus ministris Communia fuisse Episcoporum & presbyterorum Nomina, Res tamen & potestates mansisse distinctas. Respondemus, imò verò, communio nominum, rerum quoq; communionem infert, neq; enim presbyter verè dici potest episcopus nisi verè talis sit, præsertim cum Apostolus ab ipso nomine transeat ad descriptionem ipsius rei vel officii.

## §. IX.

II. Ex patribus, Hieronymus Epist. scribit 85. Tempore Apostolorum non fuisse distinctos gradus Episcoporum & Presbyterorum: sed postea in schismatis remedium unum ex presbyteris electum & excelsiori gradu collocatum & Episcopum appellatum, quod solo ordinationis officio à presbyteris differret. Tom. vi. in comment. cap. i. ad Tit. scribit: Idem est Presbyter qui & Episcopus & antequam diaboli instinctu, studia in religione fierent & diceretur in populis, ego sum Pauli, ego autem Cepha, communi presbyterorum concilio ecclesia gubernabantur. Postquam verò unus quisq; eos, quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesie cura pertineret & schismatibus semina tollerentur.

Et

## 8 AXIOMA APOSTOLICUM 1.TIM.3:1.

Et porrò: *Sicut presbyteri sciunt se ex Ecclesie consuetudine ei, qui sibi prapositus fuerit, esse subiectos; ita Episcopi noverrint se magis consuetudine, quàm dispositionis dominica veritate presbyteris esse majores.* pariter Chrysostomus in epist. ad Tit. scribit. *Episcopum solà ordinatione presbytero esse majorem.* Postea plura cœperunt Episcopis peculiaria officia attribui, sicut *Leo* censet dist.98. Clericorū ordinationem, constitutionem altaris, benedictionem & unctiōnem, ecclesie consecrationem, item hæreticos & pœnitentes per impositionem manuum reconciliare, chrisma conficere, frontem Chrismate signare, formatas Epistolas mittere &c. illis igitur actionibus, remisso pedetentim ministerio verbi & sacramentorum, cœperunt totos se dedere Episcopi. Tandem, abjecto verbi ac sacramentorum ministerio, ista etiam officiosa rejecta sunt ad suffraganeos, conversiq; Episcopatus in dominationes ac principatus. Et tales nunc extant Episcopi in Regno pontificio, qui à papâ Romano creantur, de quibus rectè pronunciat, quòd non sint veri ac legitimi Episcopi, sed figmentum humanum, dum prorsus rejecerint episcopale officium, quale fuerat tempore apostolorum, sanct. patrum, *Hieronymi, Chrysostomi*, atq; *Leonis Sc.* factiq; principes gentium, qui dominantur eiisdem, cum tamen apostolis dixit Salvator: *vos autem non sic. Tridentini* verò ingeminant id antichristianum: *vos autem sic.*

## §. X.

III. E Confessione propria nonnullorum Adversariorum, *Lombardus* enim lib. 4. sent. dist. 24. repetit ex *Isidoro*, apud veteres quidem Episcopi & presbyteri ijdem fuerunt. *Erasmus* in Annot. ad 1. Tim. 4. scribit: *Antiquitus inter Episcopum*

## BREVITER EXPLICATUM

9.

*Episcopum & Presbyterum nihil intererat, sed post propter schismata, à multis delectus est Episcopus. Georgius Cassander in Consult. Art. 14. hæc pag. mihi 99. scribit: An Episcopatus inter ordines ecclesiasticos ponendus sit, inter theologos & canonistas non convenit; convenit autem inter omnes, olim Apostolorum ætate, inter Episcopos & Presbyteros nullum discrimen fuisse, sed postmodum schismatis evitandi causa, Episcopum Presbyteris fuisse præpositum, cui *ἐπιτορία*, id est, ordinandi potestas servata sit. Quomodo verò Bellarminus Cardinalis, unâ cum patribus Tridentinis, hocce gradus ministerij, jure divino distinctos esse asseverare non dubitantes, juris canonici transgressionem, adeoq; anathema papale ceu fulmen damnatorium effugere velint, ipsi viderint. Ecclesiasticam verò distinctionem in nostris protestantium Ecclesijs admittimus minimeq; culpamus, modò non accedat abusus ac imperiosa elatio, qualis est Episcoporum in papatu, ubi uni homini in Ecclesias dictatoria quædam vis ac imperatoria potestas confertur, quippe qui paulatim magis secularia quàm sacra tractare cœperunt, donec zelo sine scientiâ præposterocq; Ecclesiam suam, quippè apostaticam, seculari gladio, spiritali rejecto, defendere ausi sint: unde rectius *ἀπισκοποι* sunt salutandi, quàm *ἐπισκοποι*. Argumenta Bellarmini omnia, à B. Dn. D. Joh. Gerbardo in LL. CC. Art. de Minist. Eccl. Tom. VI. in fol. pag. m. 136. solidè sunt refutata, quippè quæ singula vagentur extra Oleas, uti dicitur, laborentque fallacis vel petitionis principiorum, vel ignorationis Elenchi.*

## §. XI.

Cæterùm, illud Apostolorum exemplum, primitiva Ecclesia eadem ratione similique libertate imitata est: Gradus enim officiorum ministerii fuerunt distributi,

B

sed

sed non eodem planè tenore, quin pro intuitu circumstantiarum cujusque Ecclesiæ: fuerat enim in distributione illorum graduum postmodum magna libertas. Dionysius suæ Hierarchiæ cap. 5. tres tantum *ordines* numerat, I. *ιερεῶν*, cui summum & perfectissimum docendi officium, in declaratione omnium ministeriorum Christi & administratione Sacramentorum, tribuit. II. *τῶν ἱερέων*, *Sacerdotum*, qui in Catechesi institutos plenius erudiebant, adjuvantes curantesq; ea quæ ad administrationem Sacramentorum pertinebant. III. *τῶν λειτουργῶν* *ministerorum*, quibus primò tribuit officium præparandi initiandos, deinde sacrarum scripturarum lectionem quoque. Canones Apostolorum nominant Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, Cantores, Exorcistas, Acoluthos &c. Vid. Ambros. in cap. 4. ad Ephes. Et in frequentioribus Ecclesiis, cum ex agris, vicis & oppidulis ad Ecclesiam metropolitanam, præsertim in solenniõribus festis, esset conveniendum, unus vel pauci non potuerunt omnia & singula ministerii officia obire; distincti igitur fuere gradus seu ordines, non ociosis titulis, sed certis officiis ad ministerium Ecclesiæ pertinentibus. Erat *Episcopus* tractans verbum Dei curansque disciplinam Ecclesiæ: erant *Presbyteri*, docentes Verbum & administrantes Sacramenta: erant *Diaconi* præfecti thesauris Ecclesiæ pro pauperibus, quique ministerorum Ecclesiæ sustentationem præcipue curarent. Postea diaconi etiam assumpti sunt ad sublevandam partem aliquam ministerii Episcopi ac presbyterorum, sicut testatur divus Hieronymus ad *Rusticum Narbonensem* &c. Porro, iis temporibus, Episcopi, Presbyteri & Diaconi habebant suos ministros, famulos, comites seu affecta.

affectatores, quorum, urgente necessitate, operâ utebantur, sicut Paulus *Onesimi* adjutorio usus fuit. Illos nominarunt ἀνοήτους. Erant prætereâ *Exorcistæ*, qui donum habebant compescendi, aut etiam eijciendi dæmonia &c.

## §. XII.

Hæc distributio graduum in frequentioribus Ecclesijs ratione officiorum in ministerio sacro, fuit utilis ordo, ad ædificationem ac decorum multum conducent. Sicut is ordo, qui hodiè observatur in Ecclesijs nostris, idem promeretur encomium. Id verò justè meritoque reprehendimus in ordinibus pontificijs, 1. Quòd titulos sine re, titulorumque beneficia sine officijs retineant & usurpent. 2. Quòd titulis illis adulterina supposuère officia, rejecto vero ac legitimo ministerio verbi & sacramentorum; ex Episcopatibus enim fecerunt Dominationes politicas, ex presbyteris fecerunt sacrificulos, ex acoluthis fecère ceroferarios, solem in mediâ luce facilius illuminantes (propter quem jocum quædam fœmina Augustæ Windelicorum, tempore INTERIM fuit, ut habet *Steidanus*, pulsa in exilium) exorcistas transformârunt in incantatores magicos &c. 3. Quòd suorum ordinum ac monachorum opera singula faciant meritoria, maximâ in pretiosissimum Christi sangvinem blasphemîâ.

## §. XIII.


Sequitur igitur nunc tandem ipsa, qualis tempore *B. Lutheri* erat, hodieq; manet, Hierarchia AntiChristiana in Ecclesiâ Romanâ. Status seu ordines ejus recenset *B. Dn. D. Martinus Luth. noster*, neq; sapius neq; alibi impressos, in genere masculino, Tom. 1. *Isleb.* pag. 240. seqq. in quorum gesticulorum catalogo describitur.

I. PAPA

AXIOMA APOSTOLICUM I. Tim. 3:1.

I. PAPA

Cum triplici coronâ & clavibus.



**A**ch Gott wem sollen wirs klagen/  
 Wie erbermlich ist zu sagen/  
 Das lange Zeit und manches Jahr/  
 Verführt ist worden grosse Schar/  
 Aus allem Land und Nation/  
 Der man nicht wol ein Zahl mag dhon/  
 Durch diesen Papst und Antichrist  
 Betrogen/ und mit grosser List  
 Uns sürgetwand ganz fromen Scheln/  
 Vergeben auch all Schuld und Pein/

Unsere

Basere Sünd und Missethat/  
 Doch solches nit aus Gottes Gnad/  
 Auff eigne Werck allein geführt/  
 Der Mensch Vernunft solch hat behört/  
 Die Werck sie sahn für besser an/  
 Den das für uns Gott gung gethan/  
 Darumb kein Werck ihn war zu viel/  
 Des hatt der böß gewonnen spiel/  
 Ein jeder wolt der Heiligst sein/  
 Erdachten Jammer/ grosse pein.  
 Viele Sect und manchen Orden/  
 Pfaffen/ Mönch und Nonnen worden.  
 Das richt vns all der Teuffel zu/  
 Bey ihm nicht war kein Rast noch Ruh/  
 So lang bis er durch dies geschrey  
 Vns in sein Netz verführet mit brey/  
 Sein Anschlag ihm dar nah her gieng/  
 Weil das Gott ober ihn verhieng.  
 Doch Gott wolt nicht mehr sehn noch hörn/  
 Ein solchen Greul wolt er zerstörn/  
 Als ers denn hat gefangen an/  
 Verhoff es sol wol sönder gahn/  
 Sein heiligß Wort vorhanden ist/  
 Zu schanden wird der AntiChrist  
 Vnd alle die ihm hangen an/  
 Gott woll allein bey Seinen stahn!

AXIOMA APOSTOLICUM I. Tim 3: 1.



II. CARDINALES:  
De quibus hos rhytmos  
pandit:

**S**amie des Pappis Reich wird  
geacht /  
Rust ers angreifen gar mit macht /  
Viel Herrn vnd Knecht da must er  
machn /  
Die nütze warn zu seinen Sachn /  
Als Cardinal vnd andre mehr  
Der gleichen solge ein grosses heer:  
Diese Seer ganz roth kleide war /  
Der Haut an war nicht ein güt  
Haar.



III. PATRIARCHÆ.  
De quibus B. Lath: hæc  
scribit.

**S**amie der Pappst möcht kriegen  
Geldt /  
Theilte er sein glieder in die Welt /  
Durch gut gestalt vnd frommen  
schein /  
Welchs sein Fischhamm muste sein.  
Der Orden war gekleide ganz weiß  
Auch heren sie mit allem fleiß.  
From Patriarchen wolrens sein /  
Der Sach sie gaben nur ein schein.

IV. EPI



IV. EPISCOPI.  
Sic describuntur ibi-  
dem :

Das solten vnser Bischoff sein/  
Wie Wülfe manch die Schäf-  
lein/  
Von Aken habn sie es genommen/  
Das ist bißher ihn wol bekommen/  
Ein weiß Kleid mit ein Wef ge-  
wand/  
Ein Bischoffsstab auch in der Hand/  
Sie trugen ein weißpitzig Hut/  
Geschach darunter wenig gut.



Der Thumbherrn Stand.  
V. CANONICI.  
Pinguntur hirsce coloris  
bus:

Thumbherrn warn der Bischoff  
Knecht/  
Auch aus des Lucifers Geschlecht.  
Weissen Chorrock trugens an/  
Peltz Cappen sie auch musen han.  
Ihr horas beten sie allezeit/  
Das Herz ihn war dar von gar weit/  
Nur schleimen/ leben in dem fauß/  
Ich hoff/ es sy nun mit ihn auß.

VI. SACER.

## IV. SACERDOTES.

## Der Pfaffen Stand.



Der Wannenwerfer Anichrist!  
 Ders besser nie nichts worden  
 ist!  
 Legat! Befissen Leut und Land!  
 Das es doch ist für Gott ein schand!  
 Und uns zum Teuffel all verführe!  
 Das han wir (leider) erst ge-  
 spüre.  
 Hoff! Gott sol es iegund bechren/  
 Des Teuffels Dohhund bald verßren.



## VII. DIACONI.

## Der Diaken Stand.

Der Bischoff kondes nicht uncer-  
 lan!  
 Einen Diaken must ehr han/  
 Damit ihr Wesh in grosser ache  
 gehalten wurd und mit ein Pracher!  
 Ihr Kleid must sein also getiere!  
 Wie die Figur ist hier formire!  
 In farben war kein uncercheid/  
 Kein frommer gleisner steck im Kleid

## VIII. Der Ben.

JOANNES BODELIUS,

*ἀναγεγραμμένος*

ANNOS DELIBO JESU.

*ἰξυγασία:*



ANNOS felices DELIBO in no-  
mine JESU,

Inq; solo paucos, innu-  
merosq; polo!

*L. Mq.*

*Ad Politissimum Dn. Respondentem.*

PRÆSES.

---

*Σύγγραμμα Ἐπιγραμματικόν,*

AD JUVENEM PEREXIMIUM,

DN. JOHANNEM BODELIUM, Wexionia  
Smolandum,

De MUNERE EPISCOPATUS,

Sub Episcopo Reverendissimo & Celeberrimo  
Theologo, publicè & dextrè respondentem è  
cathedrà Academicâ; Domesticum me-  
um per dilectum.

**N**on est mentis abundè forsan illi,  
Non est corde vel una mica salis,

Si

Si quis spernere vellet usque sacros,  
Oblatos meritis viris, honores.  
At nec sat rationis esset illis,  
Fungum pro cerebro gerentibus, vel  
Verecum in patriâ stupente natis,  
Qvi sese ingererent malis periclis,  
Vitæ perniciem velintque certam,  
Tormenta atq; rogos, tot hostis enes,  
Speratasque neces sui cruentas;  
Nî vel præmia diâ cogitarent,  
Sanctis martyribus reposta cælo,  
Torturas miserasque judicarent  
Terris valde breves, nihil ferentes  
Digni ponderis ad brabæa tandem,  
In cælisque parata post tropæa.  
Tu de MUNERE quando EPISCOPORUM,  
BODELI, studium Tuumq; gnavum,  
Et sub Præfide docto Episcopoque,  
Pergis prodere, publicâ e, cathedrâ;  
Sensum quæris Apostoli institutum,  
Exhortantis ad ardua Episcopatus  
Quævis munia, perpetim periclis  
Circumsepta, tyrannico sub hoste  
Olim, nunc Satanæ strophisq; vafis,  
Qvi cunctos rugiens vorare quærit.  
Hinc venare sagax Tui instituti  
Fructum deniq; & omen hinc beatum!

*Amicâ mente scripsi*

PETRUS LAURBECCHIUS.

Socra-

**S**ocrates ille, non hominum modò, verùm etiam Apollinis oraculo Sapiientissimus iudicatus, & perennis philosophiæ fons, dicere solebat: *Radice[m] quidem eruditionis peramaram esse, sed fructum habere iucundissimum: Initiòq[ue] magnos adferre labores, sed honestissimum sudantibus premium reponere.* Nam non potest esse magnum, quod sine pulvere & sudore contingit. Itanamq[ue] naturæ parenti placuit, ut præstantissima quaq[ue] non nisi summis vigilijs consequamur: Res verò vilissimæ sicut laborem non requirunt, ita finem habent inglorium, & facile parva facile dilabuntur. Hoc, Tu Pereximie Dn. Respondens, animo volucans, lenia, mollia, facilia, blandæ, quæ animi imperum extingvere solent, spreveristi, dura verò petivisti. Quod demonstras, dum hæcenus summo studio scripta Philosophorum voluisti, nunc verò totis viribus penetralia rerum sacrarum aggredieris, & errores quoq[ue] circa legitimam vocationem ad ministerium Ecclesiasticum quos fovere solent, retegis. Gratulor igitur tibi ex animo, quòd sub tanto viro occasio tibi oblata est vires ingenii periclitandi, cujus tot extant sapientiæ ac doctrinæ monumenta, nullo ævo, nullâ injuriâ interitura. Gratulor moestissimæ matri, cui maturè obvenis solatio. Gratulor mihi de felici tuo in studijs progressu. Fatiga Scyllam, charybdim & reliqua monstra aquarum, sic senties exhaustura Sudorem ingentem comitari gloriam.

MAGNUS M. CHORINUS.

**N**on tua fas poterunt celebrari laudibus ausa  
Captaq[ue] Bodeli; compare digna metro,  
Dum tu, flos charitum Musarum Culte satelles,  
Doctorem scandis pulpita celsa Virum.  
Præfulis ut laudes celebras sub Prasido Celso,  
Quas quoq[ue] propugnas, non sine laude, catas;  
Atq[ue] viam monstras, quænam vel Episcopus olim  
Viventis spargat verba diserta Dei.  
Hoc quia, Bodeli, multo conamine præstas,  
Tu meritò Phœbi gratus amicus eris.

*En tibi ob hæc merito debetur gloria summa;  
 Gloria, que nullo sit mortura die.  
 Pergito sic felix captum pertexere filum,  
 Et tandem lætus commoda mille fores!  
 Organon & fies aptum frugibus Lycæi,  
 Electo Christi proficuumq; gregi!*

MAGNUS A. M. / Reg. Stip.

**S**icut Deus ter Op. Max. omnium studiis ac progressibus benedicit, qui studio diligenti sacras literas ediscere cupiunt, diligenterq; quotidie se Deo commendant, ut sub ejus clypeo degant; ita etiam hunc virum Pereximum, Præceptorem meum optimum, sub suo vexillo habet, qui academicam Cathedram confendit, in Theologiâ disputaturus, ad demonstrandam industriam suam. Cui egregios in Theologiâ progressus ex animo gratular, & incrementa ulteriora toto corde animoq; voveo optoq;. Te ergo, Præceptor Charissime, senectus inopinantem non premet à tergo, si Deus tibi longiorem vitam dederit, siquidem non transferis annos, per vana studia consumendo, cum inter cætera hanc etiam disputationem, hunc eruditionis sacræ thesaurum, tibi sumseris propugnandum: quem nemo furabitur, aut incendio delebit, nec naufragium absorbebit. Propter quem Thesaurum usq; ad mortem tuam omnes te laudabunt, quo &, cum ex hac vitâ discedes, ad meliorem, comitatus eris. Vale & fave! Discipulus Præceptori suo sic animitus Precatur,

JOHANNES P. LAURBECCHIUS

|                                |                             |
|--------------------------------|-----------------------------|
| AMICE SINCERE COLENDI          |                             |
| <b>J</b> gnea & auspicijs      | Blanditur Amabilis Lars,    |
| <b>O</b> mnia collustrans      | Optato tempore verno,       |
| <b>H</b> erba ut succrescant:  | Decor insimul aureus Ornat. |
| <b>A</b> rmillas Charitum      | E xornat quoq; tanta honore |
| <b>N</b> oster, cum capite     | Libamine fortis aperto,     |
| <b>N</b> umina Celsa colens,   | I llustris ferre Johannes   |
| <b>E</b> xemplumque Viri, ac   | U rgenta volumine promit,   |
| <b>S</b> plendida que mancant: | Servet nos Rector Olympi!   |
|                                | MAGNUS J. Stålhböck.        |

